

De Armillis Veterum. 79

infra decorem putabatur. Hor- Armillis
virgines
care-
bant.
tatur enim Virgines *B. Cyprianus* de habitu Virginum, *ne inferant auribus vulnera, nec brachia includat aut colla de armillis & monilibus præciosa catena.* Ratio pudoris manifesta. Nam à Viris dabantur, ut virginitati suæ irent exsequias, de qua, acceptis *armillis*, transigebatur. Enimverò sponsalium erant tesseræ. A sacris ordinar. *Genesis* Armillæ
sponsaliti-
æ.
xxiv, servus Abrahami Rebecæ futuræ Isaaci conjugii, absentis Sponsi nomine, in aures iniecit & *armillas*, ut fatetur ipse: *Et posui in aurem super faciem ejus, & armillas super manus ejus.* Verbisque proximè præcedentibus: *Et factum est cum vidisset* (sc. Laban) *inaurem & armillas in manibus sororis suæ.* דָּמִיד
in Hebræo occurrit. *Vulgatus* armillam, LXX. ψέλλιον vertunt optimo consilio, qui & hoc ad-
D 4 dunt.